

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](#)

Unicum & solum CAPUT Ecclesie est Christus
JESUS, Basilius in Ascetico.

Was willstu/ Vater Pabst! um den Primat
viel zaucken/
Las fahren allen Zauck/ und bleib in deinen
Schranken;

Der Welt-Herr in der Hand ein
weltlich Scepter führt/
Das zwiergeschräffte Schwert zu
führen dir gebührt.

Ex vers. 29.

Cum cruce discipulus dat Christus calica regna,
Hec etenim dederat cum cruce regna Pater.

ORACULUM SACRUM XLVIII.

Rom. VIII, 17. 18.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Εἰ δέ τέκνα, καὶ κληρονόμοι κληρονούμενοι θεοί, συγκληρονόμοι δε γειτόναι, ἐπεξ συντήχουσιν, ἵνα καὶ συνδοξαθωμέν. Λογίζεται δὲ ὅτι γὰρ ἀξια παθητα τὸν τὴν καρέα πεσόν πειλάσσου διξαν αποκαλυψθῆναι εἰς ἡμᾶς.

Versio vulgata Latina.

Si autem filii & heredes, heredes

qvi-

Ividem DEi, coheredes autem Christi, si
amen compatimur, ut & glorificemur.
Existimo enim quod non sint condignæ
passiones hujus temporis, ad futuram
gloriam, quæ revelabitur innobis.

VERSIO B. LUTHERI.

Seynd wir denn Kinder/ so seind
wir auch Erben nemlich Gottes Er-
ben/ und Mit-Erben Christi/ so wie
anders mit leyden/ auß daß wir auch
nit zur Herrlichkeit erhaben werden.
Denn ich halte es darfür/ daß dieser
Zeit leyden/ der Herrlichkeit nicht wehrt
sey/ die an uns soll offenbahret werden.

N O T A E.

1. Renati h. l. dicuntur filii DEi, ιορεία
utem nostra distert ab ιορείᾳ Christi. Nos
sumus filii Dei non per charitatem, uti con-
endit Bellarminus lib. 2. de Justif. cap. 5. sed
per fidem Joh. I, 12. Gal. III, 26. Christus autem
est filius DEi per æternam à patre generatio-
nem Ps. II, 7. Prov. VIII, 23. Mich. V, 2. Joh. I, 18,
contra Felicem quendam minimè felicem, qui in

Cc 2

Sy-

*Synodo Francofurtenſi circa Annum Christi 800
prō heretico fuit habitus qvōd Christum filium
DEi adoptivum adpellavit. Huic pollicem,
premit Socinus, qvi cum complicibus Christum
filium DEi adoptivum facit. Sic enim in
Antiwujek. c. 5. respons. ad class. 3. argum. 1.
p. 278. statuit Christum esse adoptivum Dei fili-
um eō sensu, qvō scriptura omnes Christianos
adoptivos DEi filios adpellat. 2. idq; id est qvō
similitudinem, quam cum Deo habet, non in ipsa
conceptione & nativitate habuerit, sed postea
ex Dei dono & gratia illam adeperit. 3. ante
resurrectionem Christum Dei filium planè & per-
fectè fuisse, quandoq; idem defuerit illi immor-
talitas & absolute dominationis cum Deo simi-
litudo 4. sanctitatis tamen & sapientia simili-
tudinem cum Deo perfectè habuisse etiam ante
resurrectionem, ac propriea præter alias causa
jure pro eo tempore DEi filium esse appellatum
& qvidem unigenitum. Hactenus Socinus
loc. cit.*

II. Quemadmodum autem filiatio nostra
differt à filiatione Christi: Ita quoq; nostra
κληρονομία à Christi κληρονομίᾳ accuratè et
discernenda. Credentes h. l. dicuntur κλε-
ρονομοι τῇ θεῷ: dicuntur heredes βασιλεί-
ου μακαρίου δόκο καταβολῆς κόσμου Matth.XXV

34. Chri

quid est Christus autem dicitur constitutus κληρονόμιος ον πάντων contra modo nominatum Soncimum & assecias.

III. Nec ille est κληρονόμος qui aliquid meritis acquirit, sed ille cui aliquid jure hereditatis obvenit, contra Pontificios, & cum primis Barradiis, qui in Concord. Evang. τὸ κληρονομεῖον ineptissime per merita acquirere exponit. Sed hunc terorem notavi supra in enucleat. Orac. XV.

IV. Apostolus h. I. filiis Dei non solum hereditatem promittit, verum etiam viam monstrat quā fideles ad hujus hereditatis possessionem adspirare possint, quando ait: Si tamen cum eo glorificemur. Qibus verbis non meritum nostrum adstruitur, sed tantum MODUS seu ordo indicatur. Quem in regni sui & bonorum ejus dispensatione DEus observat, nimis ut eadem viā Christiani regnum hoc ingrediantur, quā ipse filius DEi hoc regnum fuit ingressus. Nec enim melior esse debet discipuli aut servi conditio, quam Magistri aut Domini fuit, Joh. XV, 20. At si filius DEi per crucem & passionem ingressus est in gloriam suam Luc. XXIV, 26.

E. & Christiani per crucem & passionem in regnum DEi ingredi debent. Hinc Apo-

Cc 3 stolus

stolis statim versu sequenti subjicit, passiones præsentis temporis non esse pares ad futuram gloriam. Et Act. XIV, 22. diserte inquit nos non propter sed *ἀλλὰ θλίψαν* intrare in regnum DEi. Ubi præpositio *ἀλλά* non *διμολυγικῶς*, sed *γρηγοριῶς* est accipienda, contra Pontificios.

V. Deniq; è loco præsenti tale fluit ratione nium:

Inter quæ nulla planè est proportio interea nullus nexus causæ & causati necessarius est.

Arqvi inter futuram gloriem & nostras passiones nulla planè est proportio. Non enim sunt condignæ nostra passiones ad futuram gloriam, teste h. l. Apostolo.

E. nullus nexus necessarius esse poterit inter causam & causatum. contra eosdem meratum de condigno urgentes. Seqvitur nunc

SENTENTIA PATRUM

i. De nostra FILIATIONE.

Contentio est: Vides ut contendat Apostolus nos prope Dominum sistere? qvoniam enim non omnes filii heredes, ostendit nos cum filios tūm heredes. Qvoniam porro non omnes heredes magnificarum rerum heredes sunt, ostendit nos id esse adseqvutos qvum Dei heredes

uenti ~~litter~~ edes simo. Rursus quandoq; videm heredes qui non esse solum DEi esse contigit, non omnino autem uni-
XIV. genito coheredes, ostendit nos & hoc adsequu-
t; g. Tholomeos Chrysost. in Comment. seu homil. 14. f. 42.
positio 2*ii*. II. De nostra cum Christo PASSIONE.

est atq; portet te simul crucifigi cum crucifixo, si nul-
ati cum eo qui passus est, ut ita simul glorifi-
censi te heris cum glorificato, inquit, Macarius Egypt.
item. 12.

U*c*socii passionum estis, sic eritis & con-
olationis, Hieronymus in Epitaph. Paula T. I.

177. B.

Q*u*icquid pateris cogita quia prior pas-
sus est, ut moreretur & resurgeret. Talem &
u finem spera qualis in illo (Christo) præcess-
it, inquit August. in Ps. 60.

III. Qvod passionum nostrarum nulla
plane ad vitam æternam sit propor-
tio aut comparatio.

Sequitur
ATRUM
ATIONE
nrendat
e? qm
D' sic
stendit
i porro
um hered
utrosq; *τέκας Θεού αὐτῷ ἐνίσθι ὁ Αδά� ἡώς τῆς συν-
τλείας τῶν κόστων ἐπολέμειε πρῶτος τὸν σπανάντην
πέντε τὰς Θάλιψες δύεν μεγάλα ἐπόνει πρῶτος τὴν
δέξαν, τὸν μελέτην Κληρονομεῖν. Συνθαπλένεται
δ' εἰς τὸν αὐτοφεύγοντας αἰώνας μὲν χριστός: hoc est
iū quisq; ex eo quo creatus est Adam, usq; ad
consummationem mundi dimicaret contra
Satanam & sustineret afflictiones nihil magn
utrosq;*

Cc 4 persa

perageret respectu gloriæ, quam conseqvutur
est. Regnabit enim in infinita secula una
cum Christo, *Macarius homil.* 15. p. 206.

Si quis pateretur omnes, omnes pœnarum
acerbitates, qvæ in tempore præsentis vitez suf-
ferri posunt, non essent omnes illæ passio-
nes dignum meritum ad conseqvutionem fu-
turæ gloriæ, qvæ oblatæ omni velamine re-
velabuntur in nobis, qvando percipiemus illud,
quod oculus non vidit, *Anshelmus comment.*
in h. l.

Si homo mille annis serviret DEo, etiam
ferventissime, non mereretur ex condigno di-
midium diem esse in cœlorum regno, *Idem de-*
mensur. crucis T. 3. f. 312.

Der reiche Hœr' sein Reich den Jüngern
hat bescheiden/
Doch so und dergestalt, daß sie hier sollen
leiden

Mit ihm viel Ungemach/ und durch
viel Herzeleyd/
Und ungezehl' Nothe eingehn zur
Herrlichkeit.

Ex Matth. IX, 9.

*Discite quid meritum, quid Christi gratia possit
Matthei exemplō discite Papicole!*

ORACULUM SACRUM. XLIX.

Rom. IX, 15. & 16.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἄρετος ἡλού[το]ς, εἴ τε τέχοντος,
αὐτὸς τε εἰλεγντος Ιησοῦ.

Versio Vulgata.

Igitur non volentis neq; currentis,
sed miserentis est DEI.

Versio B. LUTHERI.

So lieget es nun nicht an jemandes
wollen oder lauffen/ sondern an Gottes
erbarmen.

N O T. A.

1. Apostolus in hoc capite nono, ex quo de-
sumtum est præsens oraculum, non agit ex pro-
fesso & directè de electione ad salutem æter-
nā, nec etiam de Reprobationē ad damnatio-
nem æternā: in primis verò absolutā à solo &
mero DEi beneplacito absq; intuitu fidei &
incredulitatis, pendente, sed de tali electione

Cc 5 & rea